

* P * V * I * S *

* 1 * 6 * 2 * 4 *



- I. Paraphrasis Psalmi LXXXII M. Zachariae Wennenezeri
- II. Psalmi Davidici 121. 91. 125. 124. Gregorij Bersmanni.
- III. Oratio de Christo recens nato Joachimi Flemingi
- IV. Lessius Casareus Cyriaci Herdesiani sup obitum Rudolphi Imperatoris
- V. Soteria Dn. Johanni Georgio Saxonum Duci Academiae Wittebergensis.
- VI. Votivus applausus Dn. Hug: Principi Ansalino administrationem principatus Cisalpinii suscipienti Frederici Theodori Gorlicio
- VII. Theophrastus in qua ad Dn. Augustum Principem Ansalinum Romazis causa servestanae nerezum M. Petri a Jena.
- X. Epithalamium Marci Frederici Wendelin ad Dn. Augustum Ducem Brunovicensium.
- II. Epithalamium ad eundem principem Jani Cremeri.
- III. Ecloga Gregorij Bersmanni Rudolpho Principi Ansalino sponso scripta.
- XI. Theophrastus in qua ad Dn. Rudolpho Princ: Ansalino scripta a Collegis Scholae Servestanae.
- XII. Epicedium in obitum Dn. Rudolphi Princ: Ansalini Abrahami Cremeri.
- XIII. Strena Poetica Christophori Heroldi.
- XIV. Querele Saravintonis et Biomeae.
- XV. Gregorij Bersmanni in pontem sablicium Desuensem Carmen Graecum.
- XVI. Joachimi Flemingi Piculum Scholasticum.
- XVII. Abrahami Vrici Diagrapha Laboris Scholastici.
- XVIII. Coronis Collegio Disputatorio et Oratorio imposita.
- XIX. Typus Depositionis Scholasticae Frederici Widebrami
- X. Bulla Amuletum M. Bloey.
- CI. Oda honoribus Dn. Danielis Burchardi Dn. Johannis Christophori Hartmanni. Dn. Philippi Meudligeri. Dn. Matthaei Coleri Doctorum scripta.
- XXII. Gratiarum Actio M. Johannis Copperij post Magistrum autum pronuntiata.
- XXIII. Epigrammata Cerevisiae Servestanae Danielis Burchardi.
- XXIV. Desortatio a Callemijs
- XXV. Germania ad Principem epistola Ad: Martino Pratorio.
- XXVI. Votum Scholae Vesaliensis
- XXVII. Theophrastus in qua ad Dn. Johannem Stunium.
- XXVIII. In honorem Magistrum Dn. Johannem Guac
- XXIX. Trizinta Jeverum M. Christiani Galli Italio-Saxonis.
- XXX. Adami Forweroy Frederici Steseris Ernesti Wulstorgij.
- XXXI. Eorundem
- XXXII. Juvenum 37. M. Theophili Carisseri
- XXXIII. Johannis Cremeri.
- XXXIV. In honorem Notarii Valerij ni Gelani.
- XXXV. Strena anagrammatum quadrifida Christophori Heroldi.
- XXXVI. In nuptias Dn. Wolfgangi Amlingi 4. V. D.
- XXXVII. Eiusdem Johanni Amlingi Nicolai May.

SACRO NUPTIALI

Sponsorum

Mutuo - desideratorum

Viri reverendi, doctissimi,

DN. M. FELICIS

HAUSTEDII, ECCLESIA-

stæ Roslebiensis #

Et

Virginis lectissimæ, pu-
dicissimæ

DOROTHEÆ HEDVVIGIS

Viri honoratissimi

DN. JOHANNIS GRUBII

civis quondam Servestensis pri-

marii, relicte filie

Servesta a. d. 8. Novemb.

ANNO 1624.

Concelebrato

ὁλοζήματα

à

Fautoribus & amicis

D. D.

Ex Officinâ Dörfferianâ.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines within a rectangular border.




*Immortalis Adam divinae mentis acumen
Divinum hoc primo prodidit indicio.
Ænulus antiqui felix, me iudice, Adami
Felicis nomen qui tibi, Sponse, dedit
Namq; satum primum felici natus in auras
Existi felix patris imago pii:
Ingenium felix culturâ crevit & ipsâ
Felicis: plausum nisus ubiq; tulit.
Me si forte roges testem, pia Numina Musas
Testor, quæ Nutæ littora parva colunt.
Guttalus his testis major sua vota rogatus
Addet, & implebit littora magna sono.
Accedet tandem divo quæ condita FULO
Musarum sedes, inclyte Bruno, tua:
Culturam ingenii quæ laudatura Magistrum,
Suffragante Sophum concilio, esse jubet.
Sic tua felicem te patria prædicat ora
Extera felicem prædicat ora quoq;
Non hæc sola tamen firmant tibi nominis omen,
Conjugio felix nî quoq; vita fiet.
DOROTHEA id spondet felici compare digna
Virgo, maritali digna virago tibi.*

Felix



Felix illa suis natalibus, indole felix,
Forma pudicitiae juncta decora nitet:
In sano sanam circumfert corpore mentem,
Virtutem loquitur frontis & oris honos.
Scilicet hoc opus, hic fuerat labor anxius olim
VVOLFFIADÆ patris, matris opusq; fuit:
Nata suis similis tandem genitoribus esset,
Virtutis traheret nata ab utroq; decus.
Assidui genitor voti damnatus uterq;
Filia par matri, filia parq; Patri.
Tam tibi felici Sponsa cum, Sponse, potiri
Contigerit, felix nomine req; clues.
Quod reliquū, vo veo nunquam te nominis omen
Deserat, in sobolem transeat omen idem.

Marcus Fridericus
VVendelinus G. A. R.



A L I U D.

F Atale dnm malum se ab arctico prodit
Polo: dolos necesque mille dum vesper

A 3 Ortus-



Ortusquè spirat, se viente Bellonâ:
Nec auster atrox jactitare se cessat:
Tu gaudium, Felix, tibi novum queris
Sponsam, parasquè nuptias Deo gratas.

Jehova sic miscere tristibus leta
Solet, rotante sorte cardinem nostræ
Vitæ: fatiget ut perennibus ne nos
Successibus. Nam felleum nimis, dirum
Existit, & fit melleum nimis, dirum

Est gratior solisque amerior splendor,
Si fulgeat claro ore nubibus pulsis.

Non gratus est carnis sapor palato, ni
Sal condiat, quod miscuit cocus parcè.
Sic dulcis haud amor, salem crucis si non
Quandoquè misceat manu minus durâ
Deus, pater benignus, & pater blandus.

Ergo tuis si gaudiis noverca hora
Quid detrahit, ne præbeas manum victus:
Putredini resistit hocce conditum.

Faxit Deus! felicitas toro vestro
Sese implicet: discordia exulet: vosquè

Junga-



*Jungamini pace aureâ, semel Jovæ
Amplexibus non displicentibus juncti:
Turbante nunquam lite vel dolo tædas.*

Abrahamus Cremerus, Eccle-
siæ Lindoviensis Anhalti-
næ Pastor.




Ad Reverendum & Doctissimum
DN. M. FELICEM HAUSTA-
DIUM

SPONSUM.

Felicis quondam Genitor fausto omine nomen
O Sponse præstans arte, contulit Tibi:
Felicis Ingenii felicis acumine polles,
Quo cuncta felicissimè assequi potes:
Felicis excoluit Schola Classica Publica curâ
Primis ab annis nostra Te primùm rudem:
Felicis stadium cursu decurrere coeptum
Haud destitisti omnis laboris impiger.
Felicis quare studio fundamenta adauxit
Domi locata literarum Marchia.

Felici



Felici Te ultro decoravit honore Magistri
Deo atq; Musis consecrata Julia.
Felici Te etiam maectavit munere nuper
Illustris ille Principis nostri favor.
Felicis tamen ut gauderes nomine verè,
Unum videbatur deesse adhuc Tibi:
Felix Conjugium deerat: DEUS obtulit: Ergo
Felicitati nunc nihil deest tuæ,
Felices modò si verè ut perfecta sit ista
Felicitas, det Sponsa Patris æmulos.

M. Petrus à Jena.

ALIUD.



At non hominum fieri connubia votis
Certum est, ut nobis pagina sacra re-
fert,
Connubio quis enim junxit propriamq; dicavit
Rebeccam Isaaco? nuncius anne DEI?
Quis quoq; legitimo ducendam fœdere junxit
Tobiæ Saram? Raphael anne DEI?
Non dubium, possit quin hoc, Clarissime Sponse,
Præsenti exemplo certius esse tuo.

Post

Post exantlatos quando vel mille labores,
Quos veniente die, quos fugiente die
Aonidum studiis tu sedulus impendisti,
Præmia non tantum Julia digna dedit,
Et merito Virtuti etenim sua gloria restat,
Accipit & palmæ præmia quisq; suæ.
Addidit ast donum majus Superûm ille Decanus,
Qui regit astra poli, qui regit omne soli,
Dorotheam Hedvvigam præstanti corpore nym-
Quæq; pudicitia fulget honore suæ (pham,
Connubio junxit stabili, propriamq; dicavit,
Sic DEUS è largo fænore pensat opus.
Quæ te nunc Livor, quæ nam dementia cepit?
Quæ Jova conjunxit, solve corda studes?
Consilio quæq; æterno disjunxit pectora, contra
Quoviscunq; modo jungere bina paras?
Maxima non levitas? non hæc perjuria summa est,
Excusâ penitus cum pietate, fide,
Siccine te miserum spoliavit mente Cupido, ut
Quod Domini est, animis imperitare velis?
Quâ quæso ratione fidẽ promissam fallere possit
Ille, fidem nullâ qui ratione dedit?
Non tibi sic homines, Exoptatissime Sponse,
Fallere nec Jovam mens animusq; fuit,

B

Sed

7
Givir
da solty
Linn in
Linn in
Linn in
Linn in
Linn in
Linn in



Sed potius trepidè Jovâq; in vota vocato,
Conjugii lætus fœdera casta subis.
Et benè cedit opus, nec quid restare videtur,
Carminè quàm vobis omnia fausta precer.
Sponsè igitur gaude, sis lætus conjuge tali,
Quæ placuit multis una petita viris.
Hanc cupis atq; capis tanto fervore cupitam,
Nam pecus haud ruris, sed decus urbis amas.
Sponsa igitur gaude felix vel conjuge tanto,
Qui splendet doctos inter honore viros.
Hunc studiosa coles, læteris conjuge tanto,
Quem tibi concilies, crede, nec ullus erit.
Te nunc summis votis, ô Christe precabor,
Des his ut Sponsis prosperiora novis.
Hic nuptam thalamo, FELICE Mac illa MAGI-
Prole beet, sed *εἰς* absit, at adsit *εἰς*, (STRUM
Hæc precor ex animo, nomenq; omenq; secundes,
His multum votis ponderis adjicies,

Cognatæ affinit: ergò
Dni. M. Felici Haustedio
Compatri suo per charo Spons.
exaravit
Valentinus Simon
Pastor Leptanus.

Princi-



ALIUD.

P Rincipium felix, Finis felix mediumq̄
Conjugu! felix, cui pia Dorothea!
Sis felix, Felix, felix sis, optime Felix!
Felix Felici sit tibi Dorothea!
Felix officio! felix sis conjugioq̄!
Sis semper felix proleq̄, Dorothea!
Quid multis? Felix tu felicissimus esto
Nominereq̄ tibi: Suscipe Dorotheam.
Dorothea est donum Domini prestabile donum:
Felicem Sponsum! Cui data Dorothea.
Hostes conjugii necures, optime Sponse:
Verum utraq̄ manu suscipe Dorotheam.
Estop papa infelix, infelix omnis & hostis:
Felix cui felix addita Dorothea.

Ita vovet

Sebastianus Reinhardus
Ecclesiae Dessanae
Minister.

B 2

POE-




POEMATION

FRIDERICI HAMELII S.R.S.

pro auspiciatissimo matrimo-
nio

DNI. M. FELICIS HAUSTADII &c.
boni ominis & novæ affinitatis ergo
conjunctionem.

ES verè felix, virgo cui contigit ista,
Quæ fuit à multis sæpe petita procis:
Ast deportârunt corbem; pulcerrima, Sponse,
Virginei coetus nunc datur ecce tibi.
Bina, Deus, thalamo junxisti corda: Cor unum
Fac ut sint uno foedere bina Deus.
Uno animo, affectuq; uno, una mēte colant te:
Unus es, illorum in te sit & una salus.
Uni pectora ad unum te, thalamumq; secūda,
O qui connubies prototelesta sacri.



Ad DN. SPONSUM.

EX re nomen habes, Felix, felicia cuncta (tibi.
Sunt tibi, & ipsa favent Numina & astra
Omnia



Omnia quæ reddunt ex omni parte beatum,
Innumeris dives dotibus unus habes.
Annon es felix? qui sic penetralia Phœbi
Lustrasti, ingenii dexteritate tui,
Sic indulgisti Musis, doctisq; Camœnis,
Interuti doctos jam numerêre viros,
Et tibi contulerit meritos Academia honores
Julia, præclaris Julia clara viris:
Imponens capiti, Hornæo faciente, tiaram,
Et reddens studiis digna brabœa tuis.
Jamq; peragrato studiorum calle, vocatus
Verbi divini munia præco subis.
Annon es felix? vix te felicior ullus,
Tâm bene cui Superi, cui bene cuncta vo-
Annon es felix? tibi jam speciosa virago (lunt.
Nubit, Jovâ ipsam conciliante tibi
Virgo, pudicitia, morum probitate, lepore,
Et multis animi virgo polita bonis,
Virgo, præclaro nec paupere sanguine nata,
Ob raras dotes mille petita procis, (æther,
Virgo, in quam Pallas, Charitum chorus omnis &
Et bona Fors cunctas accumulavit opes.



Dorothea unde Dei donum, meritò illa vocatur,
Atq; hoc conveniens nomen &omen habet.
Jam es Felix, quin Felicissimus es jam,
Qui fato haud posses prosperiore frui.
O Felix felix! cui tam favet ipse Jehova,
Nam dare di versis quod solet, unus habes.

M. Martinus Cramerus.

Ad

DN. M. FELICEM HAUSTEDIUM
Sponsum florentissimum a-
micorum coryphaeum.

Vanos felicis quondam spirabat honores
Sulla, ac Tiberii degener iste nepos.
Egregiè verò felices dixeris illos,
Quos clades, caedes crebra, libido premit!
Verùm, SPONSE, tuæ hoc primùm te nomine
Virtus, doctrinae testis, amorq; beat. (cuna,
Utpote nascenti non adstitit improba Mana,
Sed pietas, sacrae religionis apex.

Quin

Quin & olympiaco *felix* certamine victor
Virtutis solidæ clarus honore micas.
Gloria doctrinæ testis sat dives, in amplo
Quam tibi despondit *Julia Diva* loco.
Nec *Venus* ipsa tuos jam dedignatur amores,
Quos frustra temeret scōmate livor edax.
Dum morum cultu suavis, vultuq; venusta
Virgo tibi veram jungit amica fidem.
Saxo suam jactat, *Batavus*, *Marchita*, puellam:
Judicio at suevit vincere quisq; suo.
Sed *Servesta* suis nymphis super æthera tranat,
Nec faciles aliis invidet ægra procos.
Invidiam frustra sperat jactantia, cujus
Fas erat extremam condoluisse vicem.
At tu, *Sponse*, tuâ *felici* carpere flamma,
Felicisq; diu dulcia carpe tori.
Et quem nunc *cunæ, virtus, honor auctus amorq;*
Felicis titulum juslit habere gravem,
Pòst *aliæ cunæ ac virtus felicitet illum*
Mascula, patris honor, posteritatis amor!

in honorem optimi amici hæc scrib.

invita Minerva

Martinus Milagius

J. U. C.



A L I U D.

Felix, ter felix, feliciter omnia, Divum
 Munere, & ex voto cui meliore fluunt!
 Felix, ter felix. Tu nomine & omine, Felix,
 Docta Ministerii Parsq; Decusq; sacri.
 Namq; (recordor enim) felici sidere telam
 Texisti studii, nec sine laude, tui;
 Et pertexisti, (procul assentatio verbis!)
 Cœptumq; ex voto cesserat omne Tibi.
 Testis clara Viris Viadrina Academia doctis;
 Hospita Musarum Julia testis adest:
 Quae Te viderunt, felicem semper Alumnum,
 Nuper & ornârunt laude Magisterii.
 Nec Tibi, divini spargenti dogmata verbi,
 Rostra negant punctum Roslebiana suum.
 Jamq; satis orata, satis dotata puella,
 Munere divino, jam venit ecce Tibi!
 Ipsa Dei Munus vel avi cognomine, GRUBI,
 Unius, HEDVVIGIS splendida DOROTHEA.
 Quid superest verò, ut Te dicere sine beatum
 Felicemq; olim secla futura queant:

— Felices



*Felices celebrestedas, bone SPONSE, diuq̄
Felici exultes Coniuge, Prole, Domo.
Id quod Amicorum Tibi Musa rogata precatur
Mecum: Det votis pondus adesse Deus!*

faustæ gratulationis
ergò scripsit

M. Ernestus Wulstorpius
S. A.



M. FELICI HAUSTÆDIO
Sponso, Salutem.



Connubiale, quisquis es, dehinc carmen
Me flagitare desine obsecro, certum
In posterum tacere, nemini promptū.
Venæ benignæ liberos sequens fluxtis
Licentiosum carmen edo, non Scurra,
Non Castitatis Leno fædus, aut morum,
Comptis refertum sed jocos & ad risum,
Rarenter & pedes repono germanos,
Si nempe ponit virgo virginis zonam,
Ex non-virô si vir fit, ex procô Sponsus.

C

Fex



Fex plebis haut interpretarier compos
Raptat sinistrum stulta mox in acceptum,
Conferre docta de lupi salictari
Virtute, deq; fruge ritè torrendâ,
Bonôq; Zythô, non iners bonô versu,
Non, si vel in vernaculâ stet expositus.

Mox ergo doctô si quis è virò, versum
Latinitatis ipse, semiplenè hausit;
Aut (proh dii!) acer in suâ salem linguâ,
Non ad salivam qui sit omnium, prendit:
Surgit repentè nuptiis, forum totum
Adimplet, omnibus paratus interpres,
Accedit hoc versutior, salutavit
Olim Caménas, carmen, inquit, est mordax,
Calumniosum & penè uon satis castum,
Injuriarum postulandus est, quisquis
Est. Hui! ruinam si Poli trahat celsi
Immensa moles desuper! quasi audendi
Semper poetis quidlibet (poetarum
Sim pace vates) integram potestatem
Pictoribusq; non fuisse contendat
Humoris arbiter poetici Flaccus.

Sed denegare carmen est mihi certum
Deinceps amicis nuptiale. Sta Seazon.

Stat



*Stat Scazon meus ergo, stat, sed anne
Passus degeneremq; futilemq;
Censuram populi, minisq; volge
Stultis percitus omne denegatum
Exemplò officium meis amicis,
Et me Castalidum sacrâ abdicatum
Turbâ protinus, & renunciatum
Musis ibo? quid? absit, estimabo
Assis unius invidere nata
Terræ pignora cruda. Perge Scazon.*

Conquexit usq; debitum ut solutura
Fatis, frequenti sauciata Bellonæ
Sævum-furentis volnere innocens diva
P A X, at nec Æsculapios quidem promptos
Jam-dum miscellæ cerno pharmacumve aptū.

Quapropter immortalis hæc ad immorta-
Leis, ante multa secula unde digressa est,
Et ad beatos si beata demigret
Terris relictis: nos amabo speremus
Quietis in mundô quid, horridâ cincti
Mavortis impii undiq; & manu armatâ?

C 2

Quid



Quid obstinatae mentis interim, FELIX,
Quid penè confidentiae tibi adfingam?
Pro corpore uno sub periculis posses
Qui stare felix, suscipis gregis curam
Totius, & docere sustines plebem,
Demiror & quod porro DUCIS UXOREM.
Non praeco se sacer fugâ potest salvum,
Nec derelictâ, si periculum caedem
Minetur ipsam, plebe debet, infandum
Sit, si maritus id velit, domi spretis
Uxore liberisq;, sed potest celebs,
Omnisq; lege muneris potest liber.
Quid ergo, vernæ prodigus juventutis,
Quid servitutis attrahis tibi infelix
FELIX, quid ô miser. Sed hem refocillo
Attentione languidum mei dudum.
Hoc prodis ipso forte pectus, intractam
Fidemq;, quò periculum magis ceptat
Lectæ catervæ proxumare, eò fidæ
Tenaciore spe fideq; pendendum
Qui cuncta vindex cernit, à Deo solo.
Non flendus hinc es lacrumis dolorosis,
Miser vel aestimandus, at Camerarum
Canendus adsonò chorò magis felix,

Olim



Olim nec incassum dedere FELICIS
Nomen parentes, omen id fuit nomen.
Felicis in sinu quievisse,
Utrâq; compressâ tenaciter mammâ
Videris, omni ex parte sic clues felix
(Etsi negatum fortiter sit ætatem
Omni beatum ex parte reddier quemquam)
Cui fata tantam, causa nempe fatalis
Connubiorum, Virginem, cni non sum
Quidem canendæ, jure derelicturus
Nutæ Poetis has vices, sponsonderunt.
Felix & olim PASTOR audies, ausu
LUPO CAPELLAM qui rapis statim primô,
Lanâ decorâ divitem, tibi primæ
Quam intacta tonsuræ reservat (& tonsum
Iri capellas autumemus) hyblæum
Et redditura nectar ubere plenô
Parvis, tuæ quos post decem tulit menseis
Crati capellam aut hædulum coniscantem,
Utrumq; vel, nam sæpe par ferunt capræ,
Quorsum sed heu Scazon ruis? cave fronteis.

*Martis nil veritus trucis furores,
Multos, Sponse, doce viam Salutis,*

C 3

Vita



*Vitæ nilq̄, licentias moratus
Innuptæ, genitor fac alteros Te,
Rerum est arbiter estq̄, ventilator
Nostrarum Deus ipse, si fideleis
Pressos heicce gravi calamitatum
Justos pondere volt suos, ab ipso
Standū promeritis. UM QUE PRÆSTO EST.*

E pulvere

Ad Mildana Ostia

Joach. Flemingus.
S. D. R.

A L I U D.

PEr paucis, bone COMPETITOR, imo
Sed de pectore jam tibi MAGISTRI
Nomen gratulor, & novos honores,
Quos jucunda dedit Thalia luce
Hesternâ: Patriæ, DEO, tibiq̄;
Sint frugi. Sed ego quid aure capto!

Dicunt

Dicunt & Venerem tibi favere,
Hinc mox associabitur pudica,
Ac optata diu tibi puella,
Hymen teq; brevi suos vocabit
Ad cultus, facietq; te maritum.
Ergo grator honore de novello,
Non tantum, sed & opto conjugalis
Ut sit firmus amor, thorusq; felix
FELICITIBI sit: juvet decora
Mox conjux DOROTHEA Sponsa, FELIX
Tu felicior ut magis magisq;
Fias: omnipotensq; det Jehova
Felicissimus ut queas vocari.

M. Henricus Sanneman,
Halberstadensis, f. in Acade-
demiâ Juliâ.

Parodia

Ad Od. XI. lib. I. Carm. Horat.

Quidni quæsierim scire, tuum quæ mage cor-
culum (diceris in simul
Nympharum stimulet, SPONSE? Tribus
Jurâsse

*Jurâsse officium. Dic igitur, quæ potior tibi?
An primò Eusebien? An Sophien? An Venerem
igneam,
Quæ cor suppositâ debilitat Virgine languidū,
Prensabis? Sapias: quamq; suis ne, caveas tamē,
Defraudes vicibus. Dū Sophiæ, ac Eusebiæ dicas
Solem: ritè facis, si Veneri Lunam avidæ sacras.*

Absente Minervâ

αὐτοσχέδιασ

M. Johannes Cremerus
Theosophiæ Cultor.

A L I U D.

DUm Sponse, F E L I X flos juvenum, decus
Doctæ catervæ perpetuum, paras
Felicitates nuptiales
Auspicio, celebrare, Jhovæ
Audisq; felix nomine & omine,
Mirarier nomen subit hoc tuum
Rarum,


Rarum, patres raróq; natos
Amne sacro, imposuisse lotos.

Deterriti cum carmine flebili
Septemviri, olim quod gemuit rogi
Rex ustulandus igne: nullum
Dicier ante obitum beatum,

Censere se natosq; vocamine
Felicis indignos? dubio procul
Qui nullius felicitatis
Terrigenam fieri capacem

Censere falso: ceu miser optiomus
Sit, neu beatus, qui, variis licet
Expositus horridisq; telis
Sortis, amat trepidare nunquam
Seu lancinetur dentibus invidi
Virtute fretus, nil metuit dolos
Mortalium cæcos, minasq;
Ferrificas & aperta bella
Sed justiori expendere trutina
Hanc rem parenti perplacuit tuo,

D Cum



Cum mente præfaga videret
Se sobolem genuisse faustam,

Felicis illi nomen id indidit
Pausamq; vitæ morte ferente jam
Lubens obivit, quippe certus
Mox forese redivivum Amicis

Per Filium perquam similem sui,
Præclara quod jam tum arguit indoles
Aure emicans Nati ocellis mox
Vota patris rata reddituri.

Jam reddidisti. Gratulor intimo
Ex corde Felix te tibi, gratulor
Et manibus piis parentis
Gratulor & patriæ atq; Matri
Et jure nomen nunc merito tenes
Atq; omen; illud ceu illicium fuit
Hujus: ast invidendum utrumq;
Degeneri vapidæq; vappæ
Impleſſe vitam Te Patris optimi
Dixiſſe fat ſit: pluria dixerint

Sub



Sub queis tuum professus audis
Ingenuum genium, Magistris.

Honoris & amoris

ergò

Christophorus Bären-
reuter.

ALIUD.

Quiste felicem, FELIX, non predicet, uno
Ternâ qui Lauru tempore cinctus ades!
Unâ te ornavit Pietas, seu dicere mavis
Eusebies, Sanctis non inhonora viris.
Altera sed Sophia dono tibi venit amice,
Quâ doctum cinxit Julias alma caput.
Illa Tubam Verbi divini te, Ista Magistrum
Indigitat, sed honor dignus utringq, venit.
Viderat ista Venus, neq, displicet, inquit honoris
Par: Impar numerus sed mage gratus erit.

D 2

Miles

*Miles Et in nostris hic castris ergo brabea
Quae meruit, capiet non dubitatus amor.
Dixerat. Inde caput viridanti cespite cinctum
Fungit honorata, non sine dote, virae.
Quis te igitur non felicem, ter praedicet uno
Ternâ qui lauru tempore cinctus ovas.*

Fraterni amoris

ergo f.

Balthasar Kisevvet-
ter junior.

A L I U D.

Felix censetur meritò, quem fautor Et autor
Pronubus ille tori consociavit, amor,
Felix conjugium, quod sanguis jure propinquus,
Quod pater Et mater pollice utroq, probant.
Felices, firmo quos nexu copulat ardor
Mutuus, Et jungit quos sine labe fides.

Infe-

*Infelix, tacitis quem pronuba serua cuniclis
Aut anus occultè conciliauit, amor,
Taleq; conjugium retractant jure propinqui,
Cum matre & renuit pollice utroq; pater.
Talis habet lites alternaq; jurgia lectus,
Mutua nec firmat pectora casta fides.
Non tibi, sponse, fuit vel anus, vel pronuba serua,
(Non nisi tormentis gaudet amantis anus)
Nec quoq; vel forma, vel venit dote sagitta,
Pronubus ipse DEUS junxit amore viram.
Nam cui sunt cura & cordi sacra jussa Tonantis,
Hunc largo curat ditat amore DEUS.
Non mihi jam fumum, non mercatoris ad instar
Fucum conjugibus vendere cura fiet,
Nec solet affines affinis plenius equo
Aut frater fratrem tollere laude suum,
Quin potius faustos jam prosequar omine sponfos,
Ne turbet, turpet fœdera livor atrox.
Livor abi, fontem potius tibi fonte replebis,
Quin ferro cinctus pasce subulce gregem.*

David Haustedius
Sponsi frater.



A L I U D.

SPonse colende tibi, quæris, sit quanta daturus,
rus, (DEUS.

Pro magno omnipotens dona labore,
Pectore non segni fueris quod castra secultus
Mufarum, quarum Præses Apollo cluet.
Scilicet ipse DEUS tibi castam foedere jungens
Uxorem thalamo, digna labore dabit
Præmia: namq; DEUS voluit tibi foedere castã
Jungere Dorotheam, quæ probitate valet.
Candide Spõse DEUS te VVolfi duxit ad ædes,
Dorotheæ ut thalami portio grata fores.
Nam velut auroræ præcedens Lucifer ortum
Sidera præcellit cuncta nitore suo.

Hæc ita præ reliquis formosior omnibus una
Inter virgineum candida Sponsa chorum.
At licet hæc ingens nitidæ sit gloria Sponsæ,
Laus tamen hinc illi fama q; major erit.

Tangitur ardenti quod Relligionis amore,
Imbuit & pectus cognitione DEI.

Hæcce




Hæcce DEI donum est: Hæc præmia parta la-
bore

Magno, munificus quæ DEUS ipse dedit.
Nunc igitur tecum, pulsis terroribus, omnis
Lætetur citharæ plectra sonora movens.
Desino plura loqui: Felices Dorotheæq;
Proventu surgant uberiore tibi.

Optima quæq; præcatus
f.

David Cunnemannus
Servestensis.



Επίστιχ.

Δ εὐρ' ἴθι τρεψαμν καλὴν περὶ τέρπειο Νύμφη.
Ω Φίλε Νυμφί, ἐπεὶ ῥ' ἀγαθῆ καὶ ἐχέφρον' ἀνδρὸς
Ρ ἤα δ' ἀρίγνωτ' ἐτέλεθ' παῖς, ἦτιναι αἴσα
Ο λβον ἐπέκλωσεν κῦδος τ' ὅτε μιν τέκε μήτηρ.
Θ υμὸς μὴδὲ σε πάγχυ πατρὸς σώφρων προλέλοιπεν,
Ε θλὸς ἐμοὶ δὲ δοκεῖς, κεχαρισμύε, εἴθε Θεός σοι
Α ἴψ' ἀγαθὸν τελέσθην ὅ,τι φρεσὶ μλροινᾶς.

F.

Joachimus Refius
Gymn: Anh. alumnus.

F I N I S.



In hoc libro continetur...

habe

Mariano, maritimo...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...


...


...

...

...







Ca
C
F
S
C
B
M



Id 4206
g

ULB Halle

3

004 167 287



f
Sb

Sik. 18 u. 25 nicht in FICA,
da Hschr. +90


8-14


24 VD 17

100-By
Jul. 01

M







ICIS
LESIA.

VVIGIS

UBII
sis pri-